LEGALIS ANDROGYNVS

SIVE TRACTATVS

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM

QVINQVE CAPITA, ET TREDECIM SPECIALIA CONTINENS,

In quibus latè diſſeritur, nempè

In primo Capite, De priuilegijs Mulierum, circa Perſonam. In ſecundo, circa Honorem, & Dignitatem. In tertio, circa Statū, & Conditionem. In quarto, circa Actiones, Negotiationes, & Contractus. Et in quinto, circa Bona.

ET

In primo Speciale, De Mulieribus Impuberibus. In ſecundo, De Adultis. In tertio, De Virginibus. In quarto, De Vxoratis. In quinto, De Sponſis. In ſexto de Viduis. In ſeptimo, De Solutis. In octauo, De Secularibus. In nono, De Religioſis. In decimo, De Legitimis. In decimoprimo, De Matre. In decimoſecundo, De Nouerca. Et in decimotertio, De Hermaphrodito.

OPVS NOVVM

Quamplurimarum legum Communium, & Municipalium diſpoſitionibus, DD. Authoritatibus, recentiſſimiſq; ſententijs fulcitum, non minus neceſſarium, quam vtile in vtroq; iure verſantibus, nunc primum Typis traditum

AB V. I. D.

D. CAROLO ROTA

PANDECTARVM EXPOSITORE IN PVBLICIS PARTHENOPEIS Studijs, & in Regijs Tribunalibus Cauſarum Patrono.

Cum ampliſſimo Indice, Verborum, & Rerum omnium, quæ in Tractatu continentur.

NEAPOLI, Typis Io: Franciſci Paci M. DC. LXV. *Superiorum licentia.*

Sumptibus Iacobi Antonij Bagnoli.

COMMENDATORIA

Ad Glorioſiſſimam Deiparam ſemper Virginem.

VT Vniuerſus Orbis me tuum minimum, ac indignum ſeruum cognoſcat, te in principio huius operis humilitèr veneror, & confiteor, te ſolam in cunctis meis egeſtatibus ſedulam patronam habuiſſe: Et cum tot ſis ob tua merita decorata priuilegijs in aula Sanctiſſimæ Trinitatis, tibi parientis in Mundo Saluatorem ad humanam ſalutem, & ad animarũ ſaluationem, abortum inſcitiæ meæ, dum de Priuilegijs Mulierum tractat, quarum es peculiaris Adnocata, cum eorum ſexus ſimplex, ac deuotus ſit, reuerentèr dico, vt ſub tuo ſanctiſſimo, ac certo Præſidio fælicitatem experiatur, quod ſit proficuus ad iuſtitiam, per quam hominum regitur natura, & dirigitur ad gloriam, nec non ad publicum commodum enucleatus, cum abſit à me omne aliud oſtentationis conſilium: Dignare igitur Domina mea, pro nunc iſtam acceptare oblationem in vita, vt viuat ſemper in me protectio tua, & in morte meam in ſinu virgineo ſuſcipere animam, vt perennam tui filij fruitionẽ animo intuear. Amen.

IHS

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM.

SVMMO EMOLVMENTO REBVS PVBLICIS

Nuperus Tractatus non minùs Tyronibus, quàm Veteranis vtriuſque Fori Togatis Militibus proficuus, atque neceſſarius.

INTERPELLATIS VIGILIIS ENVCLEATVS,

PER

V. I. D. D. CAROLVM ROTA

IN PARTHENOPÆIS PVBLICIS SCHOLIS PANDECTARVM INTERPETREM,

AC IN REGIIS TRIBVNALIBVS CAVSARVM PATRONVM.

SVMMARIVM.

1 MVlieres Ammazonæ, & aliæ bellantes referuntur.
..Bellona ſoror Martis eſt.
..Valaſca in Boemia quid fecit, & quid Omphalem in Lidia.
2 Mulieres noſtris temporibus magis compoſitæ ſunt antiquis.
.Auaritia mulierum hodie prudentia eſt.
3 Mulieres, vt probæ ſint tantùm linū, & lanā quærant, & alia, vt hic faciant. & num. 72.
4 Mulieres in anno 12. pubeſcunt, homines in anno 14.
5 Tutor, & balius quando tales eſse deſinant?
6 Mulier ſi ante 12. annos nubat, exit à poteſtate tutoris, cum tranſeat in illam viri.
..Duplici onere nemo grauandus.
7 Mulier quando poſſit teſtari, & quādo maſculus.
..Minor ætas in muliere in legato alimentorum cōſideratur vſque ad annum